


transferuntur immobili primo principio, quod cum illis coniunctum est: nam reliqua incorporea ab ipso profuunt. Est & ratio Aristotelis in tertio decimo Theologorum sermonum, Deus non est vnus numeri ratione, sed ita vt non sit plura, igitur in mundo toto incorporeo non est numerus. Si enim Deus esset vnus numero, non posset esse ens commune, & vniuersum amplectens cuncta, & accidens contineret, quæ omnia sunt falsa, absurda, nefaria & impia, licet tamen (vt dixi) menti humanæ quæ omnia reducit ad similitudinem sensuum, à quibus originem traxit suæ operationis fingere numeros, sicut in partibus hominis, aut cæli, aut aëris iuxta situm, aut magnitudinem. Est etiam alius modus iuxta quæ Aristoteles numerauit mētes quæ mouēt corpora cælestia, quod absurdum nō est, velut si quis numeret digitos, in pulsante chelim, erunt quatuor aut sex, non tamen est numerus ille verè plurimum, cum ad vnum hominem referuntur. Et cum sit mundus

vel sic frigore premantur, in hyeme etiam sub torrida plaga, & sub polis ac iuxta eos semper. Et orbēs superiores non indigent lumine Solis, quod apparet in nocte serena, cum etiam adeo a nobis distent. Vnde si canicula esset in cælo Lunæ, plus luminis afferret centuplo quàm Lunæ, cum distantia sit quingentupla distantie Lunæ à terra. Et si Sol esset factus adeo maior, vt in orbe Saturni consistens calefaceret terram æqualiter, vt non exureretur in æstate, hyeme necesse esset, vt nimium gelasceret. Sin autem æquale esset frigus in hyeme, exureretur terra per æstatem, quandoquidem nec sic illam pati possint, qui in torrida plaga habitant. Et si Sol esset vbi est Luna, & eo minor non illuminarentur orbēs superiores. Ideo nobilitas nō est in orbibus ob altitudinem, sed ob substantiam incorpoream quæ illi dominatur. Et est in loco congruenti toti corpus, vita autem non est in loco.

L E M M A.

Et proponantur a & b in proportione dupla altitudinum & magnitudinum, &



comparentur ad d, erit ergo angulus a d c maior b d c, quare si sunt æquales vires in a b, refrigerabitur magis d ab a quam b, & ita patet vtraque pars dicti in fine propositionis.

Propositio ducentesima trigesima prima.

Tres esse mundos atque inter ipsos nullam esse proportionem: nec numero eos definiri.

Cum pàlam sit esse corporeum mundum vt elementa, & incorporeum vt Dei, & medium esse necesse est vitarum & hominum ac cælestium, quod primum sensu patet, vt cæli, hominum & animalium, atque plantarum, & ratione etiam, quoniam extrema contraria non propriè medio copulantur, vt in corporeum ac corporeum. Dico igitur nullam esse inter hos proportionem atque numerum facere: nam de numero constat, quoniam non sunt tres, quia sint in ordine numerorum, sed vt principium, medium, finis, & perfectum, perfectius, perfectissimum: scilicet posituum, comparatiuum & superlatiuum. Et quoniam sunt extrema cum medio, idè sunt in proportione sublimi etiam & non propria. Quod si essent maximè mundi vitalis ad corpora, sed corpora non mouentur nisi iuxta finem vitæ, & non vim: ipsa enim si posset habere voluntatem infinitam moueret

Sap. 5.

Lib. 171 c. 4.

hic imago superioris, vt ille dicebat, & inferior potestate contineat infinitas partes, infinitas ordinis ratione superior continebit. Sed non infinitas numero, Exempli gratia, proponamus quod Solis vis dirigatur ad nos vsque impedita per nebulas, vt nonnunquam contingit: erit ergo perfectio vna, sed ordinata omnium radorum: adeo quod si infinita vasa applicarentur aqua plena infinitæ rationes iridis apparerent, quæ omnes continerentur potestate in radiis illis ratione comparationis ad vasa & irides, per se autem, vt sunt perfectiones essent in actu.

Propositio ducentesima trigesima.

Proportio incorporeorum ascendentiū semper maior est.

Cum proportio illa sit quasi similis deceri, & idè musicæ geometrica maior est in maioribus ac magnitudinibus, vt supra docuimus. Sed non est neque geometrica, neque arithmetica, nec musica, nec per recentium, essent enim quantitates quæ compararentur: vnaquæque enim harum inter quantitates constituta: at illa est vt productis ad productum. Et non comparantur quoad aternitatem, quia vt aliàs declarauimus, omnis substantia est æterna: quanto magis incorporea. Quia ergo primum per præcedentem habet rationem totius, & est infinitum secundum ea parte qua recedit, quia primum non est, plus distat à primo quam à tertio, igitur descendendo vsque ad prima elementa. Sed obiicies de qualitibus & accidentibus: dico quod habent medium esse licet, tempore infinito vincantur à substantiis, illæ tamen etiam vincuntur & absque participatione perfectionis illius cum accidentia participant essentia & tempore, & si quis dicat, cur ergo Sol & Iupiter non sunt locati in supremis orbibus, cum sint nobiliores & maiores & potentiores cæteris erraticis: dico quod fuit ob mundum inferiorem, quoniam si fuisset altiores, mundus inferior frigore corrumpetur, quandoquidè

Com. Prop. 171.

Com.

ueret